

Suadendum si tibi itaque, tunc etiam iuuandus es, & om-  
neis alias putrefactiones, solutiones, coagulationes, &  
calcinationes, vel sublimationes missas facito, nullum e-  
nim emolumentum, sed damnum pariunt, multosque in  
perniciem præcipitant: à qua tibi imposterum bene pro-  
spicere & cauere poteris, quum simplicem, ex fideli tamẽ  
corde profectam, meam informationem inscripserim, in-  
dubia spe fretus, te istam meam fidelem admonitionem,  
& quid porro etiam sumere debeas, quo opus perficere,  
& naturam in coctione commode sequi possis, bene in-  
tellecturum. Tibi namq; clariorem manifestioremque,  
rectam quoque, simplicem, veracemq; veritatem, absq;  
vllis fabulis & parabolis, fideliter exposui, atque, ita me  
DEVS bene iuuet, bene fideliterque tecum sentio.

Nihilominus tamen legendo diligenter te inquirere,  
atque perpendere oportet, quid videlicet heic tibi præ-  
scripserim. Neq; tibi mirum moueat, quod te à communi  
erroneaque via omnino avocem: alia enim via incedere  
necessum habes, si ad naturalem veritatem peruenire vo-  
lueris. Quapropter DEVM TER OPTVMVM MA-  
XVMVM suppliciter fideliterque orare & obtestari te  
oportet, vt tibi verum Philosophicum spiritum largiri  
clementissime ne dedignetur, qui te lumen Naturæ  
recte cognoscere doceat, quo tandem ad de-  
sideratum exoptatumque finem  
peruenire queas.

F I N I S.

GLORIA